

ullo reipublicæ detrimento pœnas effusi sanguinis. Adde quod tunc Joab grandis erat nati, et bellorum molestiis parum idoneus, cum non minus annis quadraginta castris præfuisset, ab ipso nimirum exordio Davidici regni, ex quo primum David consedit in Hebron, atque ideo cum illam curam tricenario minor non videretur administraturus utiliter, verisimile est, aut annum tunc attingisse septuagesimum, aut saltem à septuagenario non abfuisse procul. Cano certe fuisse capite ipse docet David, cum dicit de Joab v. 5: *Non deduces canitiem ejus pacificè ad inferos*. Vide hæc de re Abulensem quæst. 12 et 13.

VERS. 10. — DORMIVIT IGITUR DAVID CUM PATRIBUS SUIS, ET SEPULTUS EST IN CIVITATE DAVID. Non dudum postquam hæc mandata postrema dedit Salomoni filio, decessit David, cum annum ætatis egisset septuagesimum, et quadragiesimum in administrando regno posuisset. Nactus verò est sepulturæ locum, et honorem in eâ Jerosolymæ parte, quam ipse abstulit à Jebusæo, et à suo nomine civitatem appellavit Davidis. De Davidis sepulchro multa tradit Josephus lib. 7 Antiq. cap. ultimo, et lib. 13, cap. 16, et lib. 16, cap. 11, et nos eâ de re non pauca in nostris commentariis super Acta cap. 2, ex quibus aliquid transcribere in hunc locum non erit abs re.

Sed illud videndum prius, an Davidis sepulchrum (de ejus formâ postea) constructum ab ipso Davide fuerit, an à Salomone, qui illustri monumento honestare voluit parentis ossa, quæ æternâ memoriâ dignissima censebat. Quod sibi rex ante mortem de illustri sibi tumulo providerit, non videtur prorsus improbabile; cum et alii principes sæpè fecerint, neque tamen ideo sint improbat, et nunc quotidie multi faciant insanis prorsus sumptibus, etiam qui propter modestiam à superbâ mole, et ambitioso mausoleo abstinere debuisset. Et cum domum prius excitaverit luculentam in arce Sion operè magnificâ, quale regiam decebat majestatem, construxisse quoque videri potest, et sibi, et suis commune sepulchrum, in quod inferrentur posteriorum regum augusta cadavera. Sed placet quod visum est Josepho lib. 1 Antiquitatum, cap. ultimo, et Petro Comestori lib. 3 Reg., cap. 3; Abulensi q. 20, et aliis pluribus, extractum quidem esse à Davide sepulchrum minoris ambitionis et sumptus, amplificatum tamen esse à Salomone, et ad illam usque molem et splendorem excitatum.

Davidis sepulchrum ad tempus usque Evangelii durasse constat ex cap. 2 Actuum, v. 29, de quo Petrus: *Viri fratres, liceat audacter dicere ad vos de patriarchâ David, quoniam defunctus est, et sepulchrum ejus est apud nos usque ad hodiernum diem*. Durasse quoque ad tempus Adriani, auctor est Dion in Adriani Vita, ubi dicitur Salomonis monumentum, quod etiam Davidis fuit, magnâ ex parte sponte corruisse. Sanè Hieronymus in Epist. ad Marcellam ait se ad Davidis mausoleum precari consuevisse. Et quod mirerè magis, post urbem Jerosolymam toties expugnatam, toties eversam, nihil extremum illud mausoleum à Chaldæis, nihil à Græcis, nihil à Romanis, nihil denique ab aliis barbaris qui urbem invaserunt, aut occuparunt, passum est? Ut enim refert Sebastianus Serlius lib. 3, de Architecturâ, ubi ichnographiam tradit sepulcri regum Juda, suo, id est, nostro ævo extabat adhuc augustum illud monumentum. Ipse enim accepisse dicit illius formam à Marco Grimano Veneto, qui tunc erat summus Aquilæ antistes, post verò cardinalis, qui ipse suis oculis viderat dimensus fuerat, et singula diligentissimè observaverat, à quo sumpsit figuram illam ichnographicam, quam ipse fideliter expressit in loco citato; inde tu sume.

Addit Josephus in paternum sepulchrum cum regio cadavere multa Salomonem intulisse talentorum millia, quæ deinde multis post annis extulit Hircanus, quæ nos in cap. 2 Actuum, multis confutavimus: ubi etiam diximus Davidis ossibus pepercisse Chaldæos, etiamsi regum Juda ossa juxta Jeremiæ vaticinium cap. 8, et Baruch, cap. 2, per summum Iudibrifium è suis loculis et monumentis effoderint.

Hic finis vitæ gestorumque Davidis, qui in utraqûe fortunâ vir fuit planè admirabilis, in quo viri strenui, et fortes Dei, et patriæ religionis amantes, et suæ gentis studiosi exemplum habent, ad ejus se similitudinem effingant. Qui, si aliquid aliquando passus est, aut operatus humanitus, in quo, ab eo quod recta prescribit ratio, defecit, sic tamen se ad rectam vivendi normam revocavit, sic doluit vehementer, sic lacrymatus est assiduè, ut non minorem usum peccatoribus peccator ipse ad veræ penitentiae formam, quam justus justis ad justitiæ perfectionem attulerit. Habemus brevem quamdam periochem Davidicæ historiæ Eccli. 47, versiculo 1, quæ satis est facilis mediocriter attentio. Illud non ita quod priori loco ponitur, ubi hoc de Davide præclarum elo-

gium: *Quasi adeps separatus à carne, sic David à filiis Israel*. Notum est ex sacrificiis uni Deo adipem deberi, qui non tam alias victimæ partes probat et admittit. Erant in Israelitico populo, licet præcipuâ quâdam lege consecrata Deo, multa quæ Deus quasi aliena respueret, sicut è victimâ, licet immolatâ Deo, multa Deus ipse rejicit, et ad aliorum usus, quasi aliena relinquit, et solum sibi à carne separatum adipem reservat. Fuit igitur aliorum comparatione David quasi adeps, in quo Deus nihil rejicit, nihil fastidit. In aliis verò plurimum carnis fuit, imò fortasse quidquid in illis fuit totum omnino carneum, id est, quod hominum usibus potius quam divinis servit. Hoc videtur dixisse Dominus, et habes Actor. 15, v. 22: *Inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas*, quod prius dixerat lib. 1 Reg., cap. 23, v. 54. (1)

VERS. 12. — SALOMON AUTEM SEDIT SUPER THRONUM DAVID. Ex hoc loco facile colligitur, ex quo unctus est Salomon rex Israelis, non regnasse omnino, neque solum, cum nondum pater à se regni jus et potestatem abdicasset, à cujus ipse auctoritate ac nutu in regni administratione pendebat. Quare Davide vitâ, id est (ut ego interpretor) regno defuncto, super Davidis thronum sedisse dicitur Salomon, id est, verè jam totius imperii fuisse compos, quâ de re supra cap. 5, v. 50. Quantum verò temporis simul cum parente regnaverit, id est, quamdiu ab ejus unctione vixerit David, incertum est; vixisse aliquamdiu nemo dubitat, ut caput istud docet non obscure, et ipse profertur David Psal. 71, cum filio suo jam regi judicium à Deo, et justitiam precatur: *Deus judicium tuum regi da, et justitiam tuam filio regis*. Si tamen sermo ibi de Salomone propheticus est, ut multi putant, Genebrardus in chronico, anno mundi 3106, anno extremo vitæ suæ statum et formam sacerdotalis et Levitici ordinis constituisse dicit, quod sumpsit, opinor, ex Hebræorum chronico cap. 14, ad finem. Quod si ita est, non diu Salomon cum parente regnavit. Quoto anno Salomon regnum inierit, nihilò certius est. Quidam undenem, alii duodenem putant. Vide Hieronymiep. 132, ad Vitalem, ubi de Salomone multa. Illud etiam in Hebræorum chronico habemus cap. 16, antequam David è vivis discederet, vidisse nepotem suum Roboam Salomonem filium, quâ de re suo loco pluribus.

(1) VERS. 11. — IN HEBRON REGNAVIT SEPTEM ANNIS. In secundo Regum, 11, regnasse legitur septem annis et sex mensibus. (Calmet.)

VERS. 13. — ET INGRESSUS EST ADONIAS FILIUS HAGGITH, AD BETHSABEE MATREM SALOMONIS, QUÆ DIXIT EI: PACIFICUS NE EST INGRESSUS TUUS. Uxor fuerat Davidis, ut diximus; Abisag Sunamitis, licet cum illâ nullum habuerit tentâritque conjugale commercium. Cum autem, ut est verisimile, parentalis luctus esset impensus, etsi non omnino sine offensione, cum minori tamen iniri posset alterum connubium, accessit Adonias ad Bethsabee, ejus intercessio pro maternâ sive auctoritate, sive indulgentiâ, plurimum videbatur apud filium ponderis habitura, oratque ab illâ, ut à Salomone sibi in uxorem Abisag Sunamitidem impetraret. Quid autem hæc petitione spectârit Adonias, incertum est: quidam hæc ratione voluisse putant in regni possessionem irrepere, ut quod priori consilio non potuit, cum apertè clamante populo, regium sibi nomen assumpsit, id postea callidè, et quasi per insidias obtineret. Dicunt autem, qui ita judicant, consilii hujusce auctorem fuisse Joab, qui Adoniæ favebat partibus, et cui proximè in regno sibi procurando, sive ambiendo præsens astiterat. Ita putat Abul. quæst. 20; Theodoretus quæst. 7; Dionysius et Hugo; neque defuit ratio, quam Joab homo callidissimus odoratus est. Nam cum Adonias populo toti foret non ingratus, et jam sibi illius bonam partem concillasset, à quâ conclamatus est solemniformâ, et salutatus rex; esset præterea honestâ ac liberali facie, quæ multitudinis blanda conciliatrix est, et filiorum maximus, quos ex variis uxoribus suscepit David; si ad hæc, mortuo jam rege, accederent Sunamitidis nuptiæ, quæ ipsa reginâ fuerat, et populo propter formæ venustatem et honestos mores non ingrata, ad regnum obtinendum magna videbatur futura ponderis accessio. Hæc ratio Joab primum callidum consiliatorem, deinde Adoniam adduxisse potuit, ut Sunamitidem expeteret ad nuptias. Quod non videtur ignorasse Salomon, quando hujus consilii tam severum supplicium, primum ab Adoniâ, deinde à Joab magis fortasse festinatè, quam principio statuisset, exigit. Sed fortasse nihil horum cogitabat Adonias, sed captus non tam ambitione regni quam Sunamitidis pulchritudine, illius ambebat nuptias, neque putabat à paterno connubio aliquod impedimentum obtendi, cum seiret ab illius conjugali congressu abstinuisse parentem. Cum autem non imprudenter Bethsabee suspicari posset hostile aliquid Adoniam moliri aut contra se, aut contra Salomonem filium, cum ipse prius



esset rex appellatus, et à Salomone deinde ab occupato regno depulsus, rogat ab illo, an aliquid meditetur aut cogitet, quod ab offenso animo timeri posset. Ille verò securo animo esse jubet, neque se aliquid ait, ad illum ingressum cogitare, nisi pacificum. Hæc porrò interrogatio, cum quis de alicujus animo dubitaret, familiaris erat Hebræis. Unum caput nonum ex lib. 4 Regum multa nobis suppeditat exempla. Ex nuntiis enim, qui missi fuerunt à Joram ad Jehu, dixerunt illi primi: *Hæc dixit rex: Pacatane sunt omnia?* Deinde secundi: *Numquid pax est?* Deinde rex ipse Joram: *Pax est Jehu.* Quod perinde est ac si dicas: Pacificusne est ingressus tuus?

VERS. 15. TU, INQUIT, NOSTI, QUIA MECUM ERAT REGNUM, etc. Quid petierit Adonias, quid illi Bethsabæe promiserit, quis tandem fuerit petitionis eventus, res est neque difficilis neque obscura. Illud hic observandum, ut hæc exoraret Adonias à Bethsabæe, rationem sumpsisse ab honesto et facili; est enim honestum, ut aliquid inveniat intercedente matre à filio rege doloris solatium, cum à regno exciderit, quod jam cum frequentis populi conspiratione adissee videbatur: neque aliud in præsentia solatium velle, nisi Sunamitidis nuptias, quam sciebat in sociali thalamo nihil à parente subisse, quod virginali pudicitiam libasset. A facili verò, quia indulgentissima mater ab ingenuo filio quidvis impetrabit. Hæc fuit Adonias ratio, sed longè aliter Salomoni visum, qui Adonias verba aliorum interpretatus, pro Sunamitide mortem illi, eamque festinatam, præcisamque decrevit. (1)

(1) VERS. 17. — UT DET MIHI ABISAG SUNAMITIDEM UXOREM. Fuerat Abisag uxor Davidis regis; unde eam postulat Adonias filius Davidis, ut per eam quasi reginam evadat ad regnum, et à populo sibi favente acclametur rex. Consilium hoc Adonias suggestisse Joab, qui ejus partes fovebat, eratque vir sagax et callidus, censent Theodor., Hugo, Abulens., Dion.; Joab enim sibi à Salomone metuebat, et meritò, uti mox patebit.

Quæres: Quomodo Adonias ausus est petere uxorem patris sui, cum id vetetur Levit. 18, 7? — Resp. Josephus, Cajetan. et Serarius, ibi tantum vetari, ne quis uxorem ducat illam quæ cognita est à patre. Abisag autem non fuit cognita à Davide, sed mansit virgo. Unde ejus matrimonium illà Levit. lege non fuisse vetitum. Ut ut est, Adonias hujus legis ignarus videtur putasse hoc matrimonium esse licitum, aut certè amore pulchritudinis Abisag, et ambitione regnandi excæcatus illam parvi pendit. Porrò an jure naturæ licitum ratumque sit matrimonium filii ducentis uxorem patris, variaz sunt doctorum sententiæ. Nam Thomas

Sanchez lib. 7 de Imped. matrimon. disput. 66. docet matrimonium in primo gradu affinitatis in lineâ rectâ, puta soceri cum nuru, vel soceris cum genero, non esse irritum jure naturæ, ideòque esse dispensabile. Probat, quia tale fuisset matrimonium Adonias cum Abisag, uxore patris sui Davidis. Si enim hoc fuisset irritum, utique Adonias non postulasset illam sibi in uxorem. Citat Sanchez in hanc sententiam S. Thomam, Alensem, Abulensem, Gabrielem, Tapperum et plures alios.

Ex adverso Bellarm. lib. 4 de Matrimon., cap. 28. docet matrimonium tale esse irritum jure naturæ et indispensabile, quia nunquam in eo dispensatum legitur. Est enim planè contra honestatem naturalem et pudorem paternum maternumque. Idem tenet P. Ægidius Coninck, qui ex Josepho à Costà lib. 6 Indic. cap. 21, narrat Paulum IV, pontificem cum concilio Limensi ita decidisse, scilicet ut Indi, Peruviani, qui matrimonium contraxerant cum novèrà vel cum nuru, non admitterentur ad baptismum, nisi priùs solverent tale matrimonium, velut jure naturæ irritum. Ad Abisag, respondet Bellarm. primò, illam non fuisse uxorem Davidis; non enim in Scripturâ vocatur uxor, sed tantum calefactrix senis. Secundò, si fuit uxor, Adoniam illicitè petisse uxorem, utpote contra legem Levit. 18, vers. 7 et 15, ideòque justè à Salomone jussum occidi; plus enim hic valere debet sententia Salomonis regis sapientissimi, quàm postulatio Adonias. Hanc sententiam sequitur Paludanus, Sotus, Valentia, Navarr., Covarruv., Sylvester, Vasquez et plurimi alii, quos citat Sanchez loco citato, et Ægidius Coninck disp. 52 de Imped. matrimon., dubio 4, conclus. 3. (Corn. à Lap.)

VERS. 19. — SURREXIT REX IN OCCURSUM EJUS, ADORAVITQUE EAM. Doctores Hebræi obsequium et venerationem erga parentes commendant. Salomon in Proverbiis 15, 20: *Stultus homo despicit matrem suam.* Paria scripserat capite 1, 8. Auctor Ecclesiastici 3, 18: *Est maledictus à Deo, qui exasperat matrem.* Senior Tobias diem ultimum clausurus, filium suum monet capite 4, 3: *Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ ejus; memor enim esse debes, quæ et quanta pericula passa sit propter te in utero suo.* Apud Persas nefas erat filio coram matre, et illà non annuente, sedere; et Alexander Magnus, qui Szigambim Darii matrem perinde ac parentem suam suspiciebat, professus est cum illà loquens: *Quoties ad te veni, donec ut considerem amaveres, restitit.*

SEDIT AD DEXTERAM EJUS. Honestissimo ac primo loco post regem, Filius Dei ad dexteram Patris sedet. Manasse primogenitum suum constituit Josephus ad dexteram patris sui Jacobi, ut benedictionem avi accipiat. Apud Turcas sinistra locus est honestissimus, et quos minoris æstimant, rejiciunt ad dexteram. Apud veteres Persas, teste Xenophonte, digniores sinistram tenebant. Contraria omnia apud Hebræos. (Calmet.)

VERS. 20. — PETE, MATER MEA: NEQUE ENIM FAS EST, UT AVERTAM FACIEM TUAM. Hebr.: *Ut reverti faciem tuam, id est, ut te tuamque faciem confundam et pudore alicui negando quod postulas.* Cum enim quid alicui negatur, ille confusus faciem suam retrahit, avertit,

VERS. 22. — POSTULA ET, ET REGNUM (1). Cur ducta Sunamitide, regnum obtinere, aut am-

et domum redit. Promittit Salomon omnia se concessurum, quæ mater postulabat; intellige si æqua et utilis postulet; non autem si sibi matrique noxia, uti erat hoc de dandâ Abisag uxore Adonias.

Si Salomon omnia matris postulata implet, multò magis Christus concedit matri suæ omnia quæ pro nobis supplicando petit. Illam ergo adeamus, et per illam omnia impetremus. Nec enim Christus confundet et pudificet faciem matris suæ, uti sæpè inculcat S. Bernardus; nec enim ipsa aliquid petit aut petere potest, quod sit præter dignitatem filii et suam. (Corn. à Lap.)

L'instruction que l'on peut tirer de l'exemple de cette mère qui pensa causer la perte de Salomon, si ce prince n'avait opposé la lumière de sa sagesse à sa trop grande simplicité, c'est qu'on doit craindre souvent les pièges cachés du démon dans les paroles des personnes que la nature nous rend les plus chères, selon cet avis de saint Augustin, qu'Eve, la mère commune de tous les hommes, est à craindre aux hommes dans leur mère même et dans leur sœur: *Quid interest in matre vel in sorore, dum in utraque mater Eva timeatur?* Le diable souvent, en nous parlant par leur bouche, nous dit comme Bethsabée à Salomon, qu'il ne nous demande qu'une très-petite chose: *Petitionem unam parvulam deprecor à te.* Et il semble qu'il y aurait de la dureté à leur refuser si peu de chose. *Ne nous rendez pas confuse en nous refusant,* disent-elles, comme cette reine. Mais c'est qu'elles n'ont pas la lumière de Salomon pour pénétrer l'artifice d'Adonias. Que si l'on est obligé, à l'exemple de ce grand roi, de témoigner tout le respect qu'on leur doit, on n'est pas moins obligé de leur découvrir alors le piège de l'ennemi, et de s'affermir soi-même plus que jamais dans son devoir contre ces sortes d'affaiblissements que pourrait produire en nous la chair et le sang. Aussi saint Ambroise, considérant le péril qu'il y a à écouter les conseils de ces personnes, dit que l'on ne peut sûrement croire à la chair; que si Eve se fût tue, le serpent eût été vaincu; qu'il aurait été à souhaiter, ou qu'Adam eût été sourd, pour ne point entendre la voix de sa femme, ou qu'Eve n'eût point eu de voix pour parler à son mari, et n'eût point prêté au serpent le ministère de sa langue pour empoisonner le premier de tous les hommes. *Non bene creditur carni; vicissemus si Eva tacuisset. Atque utinam aut Adam surdus fuisset, aut Eva obmutuisset; ille, ne vocem suæ uxoris audiret; ista ne lubricæ vocis ministerio serpentis in virum venena transfunderet.* (Sacy.)

(1) Salomon dit à sa mère: *Pourquoi demandez-vous Abisag de Sunam pour Adonias? Demandez donc aussi pour lui le royaume, etc. Je jure par le Seigneur qu'Adonias, par cette demande, a parlé contre sa propre vie; et il l'en voya tuer.* Quelques-uns, dit un ancien Père, blâment ce prince et l'accusent de cruauté d'avoir fait mourir son frère. Mais il faut ajouter-il, considérer Salomon, non pas comme un simple particulier, mais comme un roi

bire videatur Adonias, jam à nobis supra explicatum est tum proximè, cum diximus plurimum posse feminæ, et pulchræ, et quæ nuper regina vocabatur, illecebras ad conciliandos animos; et capite præcedenti, cum ostendimus ex usu gentium illum imperium affectare, qui aliquid sibi aut contrectaret aut assumeret, quod ad regiam personam pertineret, quocumque id modo capias, certè id Salomon in malam partem interpretatus est hoc Adonias aut malum, aut malè existimatum consilium; cur verò, si istæ accesserint importuna nuptiæ, quidvis timeri possit ab Adoniâ, his Salomon rationibus adducitur.

IPSE EST ENIM FRATER MEUS MAJOR. Stat in regni causâ ab Adoniâ primogeniti apud reges potentissimum ac commune jus, de quo nos pluribus c. 1, ad illud v. 27: *Ut indices eis, quis sedere debeat in solio tuo.* Cum autem Israëlitem talem cuperent habere regem, quales habent, illud etiam habere videntur, quod est communi gentium, et quasi naturali jure receptum, ut qui est primus natu, ille inter alios jus sibi regnandi vindicet.

ET HABET ABIATHAR SACERDOTE, ET JOAB. Hæc etiam non infirma ratio, cur sibi ab Adoniâ Salomon cavere debuerit, cum haberet se-

qui était très-convaincu qu'Adonias aspirait à s'emparer du royaume. Il lui avait pardonné la première fois en l'avertissant de se tenir dans son devoir. Mais lorsqu'Adonias, passant les bornes de la modestie et de la pudeur, osa lui demander celle qui avait tenu en quelque façon lieu de femme à David leur père, il regarda cette demande comme une voie qu'il voulait s'ouvrir pour remonter sur le trône; et se sentant obligé comme roi de procurer le repos à son état, il ordonna contre sa première volonté qu'on le fit mourir. C'était donc Adonias, et non Salomon, que l'on devait regarder comme la cause de sa mort, selon que s'en déclara Salomon, même en disant qu'Adonias avait parlé contre sa propre vie, c'est-à-dire qu'il s'était lui-même condamné à la mort, en faisant connaître si visiblement sa volonté criminelle.

On ne doit pas, comme dit encore le même Père, chercher dans cette conduite de Salomon la perfection d'un prophète ou d'un apôtre, qui sont obligés de fouler aux pieds ce qui regarde l'intérêt de leur personne, et à qui tous les royaumes de la terre ne sont rien. Mais il pouvait bien en cela même être une terrible figure de Jésus-Christ, dont la juste sévérité, sans avoir égard aux prières de Bethsabée, qui, selon un sens spirituel, figurait, comme on l'a fait voir, l'Eglise, punira d'une mort, non pas temporelle, mais éternelle, tous ceux qui, comme Adonias, auront surpris cette divine Bethsabée par leurs artifices, et auront voulu usurper le trône et la puissance du vrai Salomon. (Sacy.)



cum duos magnos principes, alterum sacrorum, alterum exercitus: Abiathar videlicet sacerdotum maximum, et Joab principem militiæ, quorum cuique in suo ordine summa erat auctoritas ac potestas.

VERS. 25. — JURAVIT ITAQUE REX SALOMON PER DOMINUM, etc. Quò aliorum facilius repelleret intercessionem et preces, jurisjurandi religione interposita omnem sibi præcludit aditum ad veniam, ut insuper addidit non esse Adoniæ mortem differendam in crastinum. *Quia hodiè, inquit, occidetur Adonias.* Neque aliter fecit, quàm cogitârat antea, et nunc jurejurandi fide confirmârat.

MISITQUE REX SALOMON PER MANUM BANAIÆ FILII JODIÆ, QUI INTERFECIT EUM. Quomodò per milites, et sui corporis custodes principes pœnas exegerint, etiam capitales ab his quos mortî destinâsse diximus in nostris commentariis super Daniele, ad illud cap. 2, v. 24: *Post hæc Daniel ingressus est ad Arioch, quem constituerat rex, ut perderet sapientes.* Exemplorum habemus plus satis tam in sacrâ quàm in profanâ litteraturâ. In sacrâ est illud, de quo nuper. Cùm enim Nabuchodonosor statuisset interficere sapientes è Chaldæorum genere, id negotii tradidit Arioch principi militiæ. *Tunc Daniel requisivit de lege atque sententiâ ab Arioch principe militiæ regis, qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes Babylonis.* Sic Saül 1 Regum, cap. 22, è missariis suis, quos nempe habebat ad manus, ut destinatos à se mortî sacerdotes occiderent, imperavit. Sic David lib 2 Reg., cap. 4, per suos milites duos latrones interfecit, qui Isboseth insidiosè caput præciderant; sicut cap. 1, paulò ante, Amalecitam qui occisus à se Saûlem prædicabat. Et est exemplum optimum in Christo Domino, quem romani milites ex patriâ consuetudine in crucem egerunt.

De profanis neque pauciora sunt, neque minus illustria documenta, quæ occurrent passim mediocriter attentò. Sanè hoc esse militum munus indicat Tertul. de Coronâ militis c. 11, ubi à profanâ militiâ deterret christianum hominem, ne cogatur carceres, et vincula, et tormenta, denique de more varia administrare supplicia. Longum esset referre quoties per centuriones et tribunos, qualis censerî potuit Banaïas, Romani de sontibus supplicium sumperint capitale. Unus Suetonius multa nobis suppeditat exempla. Sic sanè Seneca lib. 3, de Irâ, cap. 20, de Caiò, opinor, tradit, ab illo missis centurionibus plurimos occisos, quos

capite damnârat, et de regî, prætorianaque cohorte fuisse videtur spiculator ille, quem Herodes misit, ut Joannis, qui tenebatur in vinculis amputaret caput. (1)

(1) VERS. 24. — VIVIT DOMINUS.... QUI FECIT MIHI DOMUM. Phrasîs hæc stylo Scripturæ usurpari solet pro, familiam habere firmatam et filiorum numero florentem. An igitur liberi jam erant Salomoni, viginti annorum juveni? Constat utique, Roboamum ejus filium hoc ipso anno genitum fuisse. Quem quidem hujus ortum prodigiosum nonnulli ex Patribus reputârunt, rati Salomonem undecim vel duodecim annorum adolescentem regnum capessivisse. Ortum ejusdem filii, felici adèò tempore, spectare potuit Salomon, atque illum loco beneficii à Deo accepti, et tanquàm argumentum asserti sibi regni habere. Neque immeritò etiam reputaverimus, Salomonem sese ipsum spectâsse ad caput populi sui, tanquàm patrem familiâs in domo suâ, eamque animi sententiam expressisse iis verbis: *Dominus fecit mihi domum.*

HODIE OCCIDETUR ADONIAS. An non præcipiti nimis judicio Salomon damnat Adoniâ? An ille læsæ majestatis reus convictus erat? An non consuetæ juris regulæ servandæ tunc erant? Constatne certò, postulâsse illum sibi nuptias Abisag, malo defectionis, vel affectati regni consilio? An commodum non fuisset Salomoni fratrem impedire, ne quid novi moliretur, nisi exacto supplicio? Interpretum quidam minimè verentur Salomonem hic sævitie et præcipiti judicii accusare. Plerique tamen defendunt. Judicis reddendis non semper leges absolutissimæ juris à principe servandæ sunt; politiæ ratio atque utilitas reipublicæ sæpenuerò postulant, ut aliqua fiant quæ consiliis evangelicis opponuntur. Adoniâ regnum affectâsse, res erat explorata; molitus fuerat antea illud usurpare invitâ Davide, et jure Salomonis, cui regnum obligatum fuisse apertâ promissione non ignorabat. Petitio nuptiarum Abisag è priori illo consilio orta esse non obscurè noscebat: et tanquàm re ipsâ quidem fieri potuit, ut alio consilio id petierit Adonias, nec intellexerit malas petitionis suæ appendices, cur tamen Salomon certior fieret de animi illius proposito, vel in favorem fratris factum illud interpretaretur, nihil erat. Satis erat reum fuisse aperti criminis, quod in perniciem reipublicæ verti potuisset; nec in judicio de sontibus spectatur, quid illi in animo senserint, sed quid facto præstiterint. In his rebus mora omnis est pernicioza. Id generis crimina puniendâ sunt statim, sine morâ et consultatione: *Ubi factò magis quam consulto opus.* (Calmet.)

VERS. 25. — MISITQUE REX SALOMON PER MANUM BANAIÆ, hoc est, misit Banaïam, ut per manum ejus occideretur Adonias. Est hebraismus. Cajetan. asserit Salomonem peccâsse temeritate judicii, quòd unico judicio fratrem læsæ majestatis damnârit, nisi tamen id mortis fuerit. At vel unicuique, ait Serarius, si id certum sit, hodiè sufficiat, præsertim ubi periculum est regi, ne regno ab amulo privetur, uti hic erat. Adde Salomonem hic punivisse primam regni invasionem factam ab Adoniâ, quâ se

VERS. 26. — ABIATHAR QUOQUE SACERDÔTI DIXIT REX: VADE IN ANATHOTH, AD AGRUM TUUM. Fuerat, ut vidimus, Abiathar in Adoniæ conjuratione, quæ res graviter affecerat Salomonis animum,

curaverat ungi et coronari regem. Licet enim Salomon illam ei condonâset, tamen id fecit sub conditione, si deinceps sibi foret fidelis, ac domi quietè se continens, nullam deinceps ambitionis et affectati regni de se daret suspicionem; quòd si illam daret, puniretur non tantùm ob suspicionem, sed et ob invasionem regni præteritam. Adonias autem postulans Abisag uxorem, justam dedit Salomoni occasionem suspicandi ipsum condonâsse deinceps regnum. Cur enim inverecundè et arroganter contra legem naturæ et divinam postulat regnam uxorem patris sui, nisi ut per eam thronum patris occupet, fiatque rex? Quare jure merito plexus est à Salomone. Timebat enim Salomon eum, utpote ambitiosum et inquietum, semper res novas moliturum, et ad regnum jure primogenituræ sibi debitum aspiraturum; quare se eo vivente nunquàm in regno fore securum. Occidit ergo eum ut sibi securitatem et regnò quietem pareret. Vide hic rursum quàm David infelix fuerit in filiis. Amnon enim vitjavit Thamar; Absalom eum occidit, et patri rebellavit; Adonias ambivit regnum, ideòque à fratre interemptus est. Fuit hæc pœna et poenitentia Davidi ob adulterium et homicidium Uriæ à Deo inflata, 2 Reg. 12, 10, dicente: *Quamobrem non recedet gladius de domo tuâ.* En modica brevisque voluptas quantas ei peperit clades, ac quantarum calamitatum post se syra caudamque prostravit. (Corn. à Lap.)

La mort d'Adonias est aux yeux des incrédules le comble de l'injustice. Ils disent: Adonias, exclu du trône par Salomon, lui demanda pour toute grâce qu'il lui permit d'épouser Abisag, cette jeune fille qu'on avait donnée à David pour le réchauffer dans sa vieillesse, et l'Écriture dit que sur cette seule demande il le fit assassiner.

Nathan, dit le même critique, fait une ligue avec Bethsabée pour ravir la couronne à l'aîné; il emploie le mensonge pour parvenir à ses fins, car il accuse Adonias de s'être fait roi; et ce prince avait dit seulement: J'espère d'être roi.

Après avoir raconté à sa manière l'exécution de l'arrêt de mort porté contre Adonias, Voltaire s'écrie: Est-ce là l'histoire du peuple de Dieu? Est-ce l'histoire du sérail du Grand-Turc? Est-ce celle des voleurs de grand chemin?

Avant de répondre, mettons nos lecteurs au fait de la question. Voici le texte: *David étant devenu vieux.... Adonias fils d'Haggith s'éleva, et dit: Je régnerai. Il fit fabriquer des chariots, il assembla des gens de cheval, choisit cinquante hommes pour le précéder dans sa marche.... Il se lia avec Joab et Abiathar qui embrassèrent son parti.... Et ayant immolé grand nombre de victimes auprès de la pierre Zohéleth, il assembla tous les princes ses frères et les officiers du roi... Alors Nathan dit à Bethsabée: Ne savez-vous pas qu'Adonias se fait roi à l'insu de David notre seigneur?.... Ensuite Nathan dit au roi: Seigneur, avez-vous ordonné qu'Adonias nous*

et deinceps ne, si summus esset sacerdos, suâ auctoritate turbare res possent publicas, et rebus studere novis auderet, illum sublato sacerdotio summo, aut usu sacerdotii exactoratum exce-

succède, et s'assaye sur votre trône? Voilà qu'il vient d'immoler des victimes, et d'assembler les princes vos fils, les chefs de l'armée, le grand-prêtre, Abiathar qui tous au milieu du festin se sont écriés: Vive le roi Adonias! Suivant l'Écriture Adonias, n'avait donc pas dit simplement: J'espère de régner; il avait dit ouvertement: Je régnerai. Il avait commencé par assembler des guerriers autour de lui, par se faire un cortège de roi; il avait gagné à l'insu de son père les princes ses frères et les grands officiers de l'état, et les ayant assemblés, s'était fait proclamer roi; ses partisans avaient crié: Vive le roi Adonias! Ne sont-ce là que des espérances, de simples vœux sur l'avenir? N'était-ce pas une entreprise manifeste contre le roi et contre l'état? Les incrédules qui traitent de brigue les démarches de Nathan et de Bethsabée, qui ne firent autre chose que d'avertir David de la promesse qu'il avait faite et de l'entreprise d'Adonias, ne devaient-ils pas plutôt qualifier de conspiration et d'attentat celle de ce fils ambitieux et de ses adhérents? Adonias lui-même, sentant bien qu'il avait mérité la mort, se réfugia près de l'autel; mais Salomon, déclaré roi par David son père, sacré par son ordre, avec l'approbation de tout le peuple, lui fait grâce, et l'assure que s'il se comporte bien à l'avenir il ne lui arrivera aucun mal. Où est la moindre ressemblance entre cette conduite de Salomon et l'histoire du sérail du Grand-Seigneur? Là, des frères entièrement innocents sont immolés à la cruelle défiance de celui d'entre eux qui règne; ici un prince coupable de conspiration contre l'autorité du roi et de la nation est renvoyé chez lui à condition qu'il mettra un frein à son ambition, et qu'il cessera de faire des intrigues.

Mais que fait Adonias? David son père est à peine mort qu'il s'avise de demander en mariage son épouse chérie, Abisag de Sunam: C'était une jeune fille, dit le critique, une servante: cette grâce ne tirait à aucune conséquence. L'éloquent évêque de Meaux n'en a pas jugé ainsi: *Cette grâce, dit-il, était d'une conséquence extrême dans les mœurs de ces peuples. C'était dans ces mœurs, un nouveau titre qu'Adonias voulait ajouter à celui qu'il croyait avoir en sa qualité d'aîné.* Salomon le sentit. *Vous demandez Abisag de Sunam pour Adonias, répondit-il à Bethsabée, demandez donc aussi le royaume pour lui; il est mon aîné, et il a dans son parti Abiathar et Joab.* Ce ne fut point une inclination de jeune homme, ce fut un projet mérité qui portait Adonias à demander pour épouse la veuve du roi. Salomon en était tellement persuadé qu'en même temps qu'il donna à Banaïas ordre, non pas d'assassiner Adonias, mais de punir de mort un coupable toujours intriguant, il exila le grand-prêtre Abiathar. Joab ne l'ignorait pas non plus; car, dès qu'il fut informé de la mort du premier et de la disgrâce du second, il se réfugia dans le tabernacle, ce qu'il n'avait pas



dere jussit è tabernaculo et suas sibi res curare in Anathoth. Quem omninò occidisset, nisi ipsius in Davidem antiqua merita gladium extorsissent è manibus. Sic enim ad illum Salomon: *Hodiè te non interficiam* (interfecturus alioqui), *quia portasti arcam Domini Dei mei coram David patre meo, et sustinisti laborem in omnibus, in quibus laboravit pater meus.* Duo hic consideravit Salomon in Abiathar, alterum quod ad religionem in Deum, alterum quod ad pietatem in patrem pertineret. Erat enim unctioe sacræ consecratus Deo, utpote sacerdos, et alio etiã modo, in quo aliquid apparebat sanctum, quo venerari debuit Salomon, cum arcam suis imposuisset humeris, cujus tactu sacer videri poterat, et à vi et ferro prorsus immunis. Pietatem erga parentem coluit, quia violare noluit ferro illum qui parenti suo tam fuisset assiduus, illis maximè temporibus, quando ab hoste potentiore iactabatur et premebatur angustiùs. Antiqua illa merita recentis sive studii, sive criminis indignitatem oppresserunt. Quos agros habere potuerint sacerdotes, quique essent ex Levitico genere, diximus in nostris commentariis in Jeremiam ad cap. 52, v. 7, ubi Jeremias, qui de genere sacerdotali fuit, agrum emit eodem loco, ad quem nunc cogitur abire Abiathar. De Levitarum agris est illud Num. cap. 35, v. 2: *Præcipe filiis Israel, ut dent Levitis de possessionibus suis urbes ad habitandum, et suburbana earum per circuitum, ut ipsi in oppidis maneant, et suburbana sint pecoribus et jumentis.*

VERS. 27.—*EJECIT ERGO SALOMON ABIATHAR, UT NON ESSET SACERDOS DOMINI, UT IMPLERETUR, (1),*

fait lors de la proclamation de Salomon: il sentit que ses menées étaient découvertes, et que Salomon avait pénétré le motif secret qui avait déterminé Adonias à faire tant d'instances pour obtenir Abisag de Sunam. En un mot, Salomon sacrifia à sa sûreté et à celle de l'état un frère qui avait mérité la mort, en usurpant l'autorité royale, du vivant même de son père, et à son insu; homme entreprenant, audacieux, qui, après qu'on lui avait fait grâce, se montrait disposé à suivre ses projets ambitieux. Voilà ce que le sophiste appelle une action de voleur de grand chemin.

(1) Nemo hinc concludat imperatores et reges habere jus in pontifices, ut eos creare et exauctorare possint. Nam Salomon exauctoravit Abiathar auctoritate non suã, sed Dei. Deus enim primitus Aaroni, indeque Eleazaro quasi primogenito, ejusque posteris pontificatum assignarat. Inde deviauit pontificatus ad Heli, qui erat ex Ithamar; jussit ergo Deus eum reduci ad familiam Eleazar, puta ad Sadoc; idque fecit Salomon instructu jussuque Dei, non ut

etc. Lib. 4, cap. 2, id Dominus minatus fuerat Heli, qui primus fuit ex familiã Ithamar, qui summum iniit sacerdotium; cui dictum est brevi ex eã domo sacerdotium esse transerent-

rex, sed ut propheta, ut divinæ justitiæ executor, uti ostendit Bellarm. lib. 2 de Pontif., cap. 29. Adde, nunc in lege novã longè sanctior et sublimior est pontificatus, quàm fuerit in lege veteri; quare etiãsi tunc pontifex fuisset subditus regi, ut censet Abul., jam tamen non est, quia pontifex est jam vicarius Christi, qui est Rex regum, et Dominus dominantium. (Corn. à Lap.)

*Salomon fratrem Adoniam justè capitis damnavit; Abiatharem sacerdotem meritò exauctoravit.*

Probatur prima pars propositionis. Qui tyrannidem affectant, à rege, aut supremo principe morti addici possunt: atqui tyrannidem affectabat Adonias, et Salomonem regem legitimum è solio deturbare moliebatur; ipsum itaque Salomon justè morti addixit. Probatur minor. Cum enim Bethsabæe pro eo ad Salomonem supplex accessisset, Abisag Sunamitidem, quæ Davidi conjuncta fuerat ut senem foveret, ipsi postulatura uxorem, compertum habuit Salomon ipsum res novas moliri, nec à prioris conjurationis ambizioso consilio, quod vivente adhuc Davide foras eruperat 3 Regum 1, destitisse. Unde Salomon matri respondit, 3 Regum 2, 22, 23, 24: *Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniam? Postula ei et regnum; ipse est enim frater meus major me, et habet Abiathar sacerdotem, et Joab filium Sarviæ.* (In more enim fuisse videtur apud Hebræos, ut regum viduæ nemini nisi regi in matrimonium darentur.) *Juravit itaque rex Salomon per Dominum, dicens: Hæc faciat mihi Deus, et hæc addat quia contra animam suam locutus est Adonias verbum hoc. Et nunc vivit Dominus qui firmavit me, et collocavit me super solium David patris mei, et qui fecit mihi domum, sicut locutus est, quia hodiè occidetur Adonias. Misitque rex Salomon per manum Banaiæ filii Joiadæ, qui interjecit eum, et mortuus est.*

Secundò judicium illud capitale Salomonis in Adoniam fratrem Scriptura sacra nullibi accusat vel improbat.

Tertiò Theodoretus illius æquitatem agnoscit quæstione 7 in librum 3 Regum. *« Diversa sunt, inquit, hominum vitæ genera. Nam alii quidem summam exercent philosophiam; alii autem virtutem, quæ dicitur politica aut civilis; alii verò regiam aut imperatoriam. Oportet ergo unumquemque judicare ex vitæ ratione quam sequitur. Non est itaque à Salomone exigenda prophetica neque apostolica perfectio; sed ea quæ convenit regibus. Sciebat autem ipsum Orniã (sive Adoniam) affectare tyrannidem. Conatus enim erat regnum arripere. In priori ergo quod aggressus erat auctori facinore ei ignoverat, et salvum futurum eum promiserat, dummodò modestè se gereret. Postquam autem petiit patris conjugem, non ei quidem concessit postulatum, quod viam strueret ad tyrannidem; sed regni inopsciens tranquillitati, eum jussit interfici. »*

Pars altera propositionis probatur: Qui con-

dum. Id quod nunc impletum esse dicitur, cum Abiathar, qui ex eo genere postremus pontificatu fructus est, è tabernaculo sacræ functione, ad suum agrum abire compellitur. De

sciis fuerat conjurationis Adoniæ, ipsiusque partes contra Salomonem legitimum regem auctoritate suã juverat, meritò est exauctoratus sacerdotio, imò capitali poenã dignus erat; atqui Abiathar sacerdos conjurationis Adoniæ in Salomonem legitimum regem conscius erat, ejusque partes auctoritate suã juverat 3 Regum cap. 1, 7; justè igitur sacerdotio exauctoratus est à Salomone. Imò ipsum capitis damnare poterat Salomon, sed sententiam clementiã laudabiliter temperavit ob reverentiam sacerdotii, et vetera Abiatharis in Davidem officia. Hunc autem exauctorando, judicium Dei occasione datã executus est, qui pontificatum à familiã Ithamar in poenam peccati Heli et filiorum, ad primævam Eleazari stirpem, ex quã erat Sadoc, transferri decreverat. Probatur minor ex 3 Regum 26, 27: *Abiathar quoque sacerdoti dixit rex: Vade in Anathoth ad agrum tuum: equidem vir mortis es, sed hodiè te non interficiam, quia portasti arcam Domini Dei coram David patre meo, et sustinisti laborem in omnibus, in quibus laboravit pater meus. Ejecit ergo Salomon Abiathar, ut non esset sacerdos Domini, ut impleretur sermo Domini, quem locutus est super donum Domini in Silo.*

Confirmatur ex Theodoro, quæstione 9 in 3 Regum: *« Erat, inquit, ipse quoque obnoxius crimini tyrannidis, ut qui opem tulisset Orniæ, sive Adoniæ. Sed divinæ quoque prædictionis administer fuit Salomon. Heli enim et per celeberrimum Samuelem et per alium prophetam prædixit Deus generis ignominiam. Hoc autem historia quoque ostendit. »* Scripturæ verba mox à me laudata in probationem afferit Theodoretus.

Obijcies: Adonias veniam affectatã tyrannidis vivente patre, à Salomone obtinuerat; iniquè ergo videtur egisse Salomon, cum ipsum interfici jussit ob conjurationem antea condonatam. Præterea, jus suum persequatur Adonias; regnum enim ipsi primogeniti jure debebatur. Unde Bethsabæam sic alloquitur: *Tu scis quia meum erat regnum. Nemo porò justè interficiat aliquem ob eam causam quòd rem suam repetat.*

Respondetur ad primum, Adoniam veniam à Salomone non impetrasse nisi conditionatam, eã scilicet lege ut nihil novi moliretur, nec ambitu suo et fastu novarum suspitionum ansam præberet, quæ læsæ majestatis crimen ita condonatum excitant. Cum enim Adonias, timens Salomonem, ad cornu altaris confugisset, dicens: *Juret mihi rex Salomon hodiè, quòd non interficiat servum suum gladio; respondit Salomon: Si fuerit vir bonus, non cadet ne unus quidem capillus ejus in terram; sin autem malum inventum fuerit in eo, morietur.* At novam conjurationem cum Joabo et Abiathare contra Salomonem fecit Adonias post mortem Davidis, quod ex 3 Regum cap. 2, 28, 29, colligitur, ubi narratã Adoniæ morte, et Abiatharis pontificis exauctoratione et exilio, subdit sacer historicus: *Venit autem nuntius ad Joab, quòd Joab declinasset post Adoniam, et post Salomo-*

hac depositione, seu exauctoratione plura non ad cap. illud 2 Ex., lib. 1; inde tu sume.

VERS. 28.—*VENIT AUTEM NUNTIUS AD JOAB, QUOD JOAB DECLINASSET POST ADONIAM, ET POST SALOMONEM NON DECLINASSET (1).* Sub id tempus, quando

*nem non declinasset* (id est, accepit Joab id in aula vulgari); *fugit ergo Joab in tabernaculum Domini, et apprehendit cornu altaris. Nuntiatumque est regi Salomoni, quòd fugisset Joab in tabernaculum Domini, et esset juxta altare.* At nisi fuisset conjurationis reus, malèque sibi conscius, non fugisset. Nova itaque conjuratio contra Salomonem facta est ab Adoniã, Joabo et Abiathare, quam prodidit perspicacissimo et sagacissimo Salomoni petiitio facta ab Adoniã, per Bethsabæam, Abisag Sunamitidis uxoris David in conjugem.

Respondetur ad secundum, etsi jus ad regnum habuisset Adonias, eo meritò privatum fuisse à patre, quòd eo vivente regiam potestatem usurpasset. Unde regno in Salomonem fratrem paternã sententiã et comitorum regni translato, non potuit in Salomonem conjurare, quin fieret majestatis reus. Id eleganter expressit S. Ambrosius in priore Davidis Apologia, cap. 6: *« David eò usque præcavit, ut cum Adoniam filium regnum sibi usurpare comperisset, et serere conventus, non eum qui præripere gestiebat, sed eum qui expectaret, eligeret. »*

Respondetur secundò, Adoniam, quamvis primogenitum, nullum jus ad regnum habuisse, quia regni successio ex patris etiam voluntate pendeat. Unde Roboamus multis filiis potens, Abiam, non primogenitum, sed quartum, et ex tertiã uxore susceptum, regem constituit, quia sapientior erat et potentior cæteris fratribus suis numero viginti septem. (2 Paralipomenon 11, 22, 25.)

Denique Dei electione, in cujus manu sunt omnium jura regnorum, Salomon rex constitutus erat. Nato enim jam Adoniã, dixerat Dominus Davidi per Nathan prophetam, 2 Regum, 7, 12: *Suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, et firmabo regnum ejus. Ipse edificabit domum nomini meo, et stabiliam thronum regni ejus usque in sempiternum. Nee verò divinã dispositione collatum Salomoni regnum Adonias ignoravit, cum Bethsabæe dixerit: *Sed translatum est regnum, et factum est fratris mei; à Domino enim constitutum est ei.* Id autem noscens Adonias, non potuit absque perduellionis crimine regnum ambire, adeoque justè à Salomone occidi jussus est.*

(Natalis Alexander.)

(1) Cette nouvelle étant venue à Joab, il s'enfuit dans le tabernacle du Seigneur, et prit la corne de l'autel. Et Salomon envoya Banaias, et lui dit: Allez, et le tuez. Banaias vint donc à Joab, et lui dit: Le roi vous commande de sortir. Joab répondit qu'il ne sortirait point. Alors Salomon dit à Banaias: Tuez-le, et l'ensevelissez, etc. Comme Joab était un esprit remuant et prêt à tout entreprendre, non seulement il avait favorisé Adonias dans l'insurrection qu'il avait faite de la couronne; mais il fut même depuis l'auteur du dessein que prit ce prince de demander Abisag à Salomon pour l'épouser. Cet aveuglement où il tomba fut comme la puni-